

rapte una libra auri quam reddat puelle. Laicus⁴⁶ si sodomiticus fuerit, VIII annos peniteat. Qui⁴⁷ cum duabus sororibus dormierit, VIII annos peniteat inter excommunicatos. Similiter mulier⁴⁸, que duobus fratribus nupserit. Si quis consanguineam suam vel quam consanguineus acceperit in uxorem, separentur. Quod si noluerint, excommunicentur; et quousque sunt insimul, eorum oblatio in ecclesia non recipiatur nec osculentur a Christianis. Quod si penitere voluerint, VIII annos peniteant.

25. Periuri⁴⁹ acriter iudicentur. Presbiter periurans VII annos peniteat, episcopus VIII, diaconus VI, laicus^k III. Mulier⁵⁰ que partum suum necaverit, X annos.

26. Si aliquis concubinam habens uxorem acceperit⁵¹, abiciat a se concubinam. Si quis laicus non habens uxorem alterius uxorem semel polluerit, V annos peniteat; si consuevit, VII annos. Qui alterius uxorem fricaverit, III annos peniteat.

k) si sodomiti *nach* Laicus *gestrichen* Hs.

⁴⁶) Vgl. Radulf c. 43, erheblich differenzierter und mit anderen Strafmaßen.

⁴⁷) Vgl. Radulf c. 41 (10 Jahre).

⁴⁸) Vgl. Radulf c. 41 (10 Jahre).

⁴⁹) Vgl. Radulf cc. 36/37, ohne Differenzierung nach Weihegraden.

⁵⁰) Vgl. Radulf c. 41 mit gleichem Strafmaß.

⁵¹) Vgl. Radulf c. 42.